




VIII
DE LYRA CONTRA HEB. EC.
84
INCUNABULI
L
7
21
Biblioteca Nazionale Centrale - Firenze









13

Summa Io· An· de Spõsalibus z Matrimoniis· Et primo dif finit Sponsalia·

s Ponsalia sunt futuraꝝ nuptiarũ pro missio· Ex qua diffinitõe que cõis ẽ canonistis et legistis patet ꝙ spõsalia de/ bent precedere matrimonium· sicut p̃sens precedit futurũ· Dicuntur autem spõsalia a spõdeo· des id est promitto·

Cap· II· Qualiter cõtrahant̃ spõsalia·

c Ontrahuntur aũt sponsalia quatuor modis· Vno modo nuda promissiõe· sicut qñ dicit̃ accipiam te in uxorem et ac/ cipiam te in virũ· Alio mõ datis arris spõ/ salibus pecunia uel aliqubus aliis rebus· Alio° annuli subarratione· et istud vulga riter dicitur desponsatio sed proprie sub/ arratio nuncupatur· Alio modo interueni ente iuramento· ita tamen ꝙ sint uerba de futuro ut dictum est· quia si essent uerba de presenti iam non essent sponsalia·

Cap· III· Qua etate pñt cõtrahi spõsalia·

q Voniam post septennium· .i· etatem septem annornm tam pueri q̃ puelle ĩcipiũt hr̃e discretionẽ que requirit̃ ĩ spõ/ salibus cõtrahendis ideo post septennium



cōtrahi possunt sponsalia · si vero an̄ septē-
niū ipsi ul' pentes eorum noīe ipoꝝ cōtra-
hant spōsalia nihil agūt nisi cum veniunt ad
septēniuȝ īcipiat eis placere · z extūc valēt
ita ꝙ licȝ spōs9 nō cognoscat spōsam carna-
liter cōsanguineā · tn̄ eius nō poterit hr̄e in
vxorē · nec ecōuerso · Et nota ꝙ etas ad cō-
ꝓhendēduȝ mr̄imoīm apta ī puella est · xii ·
annoꝝ. In puero uero · xiiii · annorū · si an̄
cōtrahunt nō est mr̄imōium sed spōsalia tm̄
nisi fuerit ita etati nubili ꝓpinq̄ ꝙ possint
carnal'r cōmisceri · et tunc etateȝ uideatur
malicia suplere ·

Cap · IIII · quis sit effectus spōsalioꝝ ·

S Ponsalia cōtrahūt duob9 mōis quia
cōtrahūt qn̄doqȝ sub cōditiōe apposi
ta qn̄doqȝ pure · si cōtrahāt sub conditōe ap
posita hoc pōt esse ml'tis modis qm̄ condi-
tio apposita aut ē possibilis aut impossibi-
lis puta cōtrahā tecū si tetigero celuȝ · aut
sit necessaria puta · cōtrahaȝ tecū si sol oria
tur cras · dēnt hr̄e ꝓ nō adiectis · i · nō appo
sitis · Si aūt conditio sit possibil' aut ē hone
sta aut ihonesta honesta qa contraham te-
cum si pr̄ me9 uoluerit · ul' si dederis tm̄ nō
tenȝ mr̄imoniū nisi cōditio sit completa eti
am si ī cōtrahēdo fuerit appositū iuramtū

et istud intellige nisi fuerit carnalis copu/
la subsecuta inter eos qui uidentur a condi
tione apposita icidisse. Si uero cōditio fue
rit inhonesta z contra naturam ac substan
tiam matrimonii puta quia dixi contrahaz
tecum si procures tibi uenena sterilitatis
uel si pro pecunia ad adulterandum te tra
das uel donec inueniam aliam te pulchrio/
rem. ista conditio uiciat contractum. ita ꝙ
non sunt sponsalia nec matrimonium. si ve
ro conditio sit inhonesta si nō sit contra na
turam matrimonii puta quia dixi cōtrahā
tecum si hominem iterfeceris uel si furtū
feceris z similia pro non adiecta debet ha
beri et ista est uicianda. ¶ Nota tamen ꝙ
licet sit dictum ꝙ sponsalia possunt contra
hi sub conditione promisse pecunie. non ta
men potest promitti pecunia ī modum pe/
ne et si promissa fuerit non tenet pena ꝓ/
missionis. ut si dicatur sic. nisi cōntraxero
tecum tibi dabo cētum marchas non ualet
adiectio pene cum libera debeant esse con
iugia. de uer. obli. c. de spon. si autem con
trahantur sponsalia pure et sine conditiōe
et sint ambo apti ad matrimonium contra
hendum si in spōsalibus interuenit iuramē
tum conpellendi sunt per excomunicatōez

consumare matrimonium nisi forte timeat̄ de uxoricidio uel aliquo alio periculo si autem alter illorum contraxerit cuꝫ alio per uerba de presenti īiungatur ei penitentia de periurio et fide mentita et absoluatur ab excomunicatione. si autem non interuenerit iuramentum monendi sunt consumare matrimonium non cogendi quia inuite ñuptie malos consueuerunt habere prouētus. si autem neuter sit ī etate nubili alter tenetur expectare donec perueniat ad annos etatis. et idem dico si unus est in etate legitima et alter non. quia ille qui non est tenetur alium expectare. uel si mutuo se absoluerit poterint ecclesie iuditō separi.

Cap. V. Inquibus casibus sponsalia dissoluuntur.

e Xquo sponsalia semel contracta sunt semper ligant. ita ꝙ si aliquis contrabat sponsalia postmodum cū alia et non est processum ad carnalem copulam compellēdus est redire ad primaꝫ. si uero cognouit carnaliter secūdam iam matrimoniū dicit̄. quia remanere debet cum secunda et nō redire ad primꝫ ¶ Soluūt̄ aūt sponsalia octo modis siue casibus. ¶ Primꝰ est si alter eorum vult transire ad religioneꝫ. quod pōt

facere altero inuito· si fuerit mr̄imoni/
um p uerba de p̄nti cōtractū dūmodo nō
fuerat p carnalē copulā cōsumatū· et ille
qui r̄manet iscl'o remanet absolut9 a uin
culo sponsaliū et hoc qn̄ alter fuerit ꝓfes
s9 i religiōe illa· ¶ Secūdus ē qn̄ sponsus
nō iuenit ꝙ transferat se ad aliā regionez
recepta tn̄ prius nō scd̄m si p eam stete/
rit quomius matrimoniū fuerit cōsuma/
tuz· ¶ Terti9 si alter ipsoꝝ post cōtrac
ta spōsalia icurrerit lepram aut paralisim
aut oculos aut manū aut pedez amiserit·
uel aliud ei turpius euenerit· ¶ Quart9
si supuēiat affinitas puta qa sponsus cog
nouit cōsanguineā sponse ul' ecōuerso ad ꝓ
bandū sufficit sola fama· ¶ Quitus si mu
tuo se absoluerit·qdam tn̄ nō recipiūt istū
casum unde dicunt ꝙ illa decretal' extra d̄
spon· ꝓpterea nō ē decretalis ul' loquit̄ de
ꝓmissiōe comparatiua· ¶ Sext9 si alter eo
ruz fuerit fornicatus· ¶ Septi9 qn̄ spons9
de futuro de facto cū alia muliere uel illa
cū alio hoīe contraxit p u͛ba de p̄nti uel p
uerba d̄ futuro· z seqt̄ carnalis copula tūc
soluunt̄ prima sponsalia ꝓpter maius picu
lum subueniēs sed d͛t agere penitētiam de
fide ꝓmissōis mētita· ¶ Octauo qn̄ minor

venit ad etatē legitimam z petit absolui a uiculo spōsalium z dari sibi licentiā nubendi alteri. ¶ Et nota ꝙ oēs isti casus preter primū .s. qn̄ hō vult transire ad religionez sūt đ sponsalibus de futuro que ꝓprie dicunt̄ sponsalia. ¶ Nota etiam de duobus ī casibꝫ ꝑdictis ipso iure soluūt̄ sponsalia .s. qn̄ intrat religionē et qn̄ contrahit mrīm cū altero uł altera. In ceteris uero casibꝫ soluēda sunt per iudicium ecclesie.

Secunda pars huius tractatus ē de mrīonio. z habet octo capitula.

p Ostq̄ tractatū ē đ spōsalibus. dicēdū est de mrīonio. Et circa hoc cōsiderāda sūt octo. Primo qd sit mrīm z vnde dicatur. Secundo q̄liter contrahat̄. Tertio qn̄ z vbi et qbus uerbis mrīm fuit institutum Quarto q̄ sint cāe īstitutōis mrīonii. Quīto qui possūt cōtrahere mrīm. Sex° quod modis dr̄ mrīm. Septimo que z q̄t sūt ꝟba mrīonii. Octauo z ult. q̄ impediunt mrīm.

Cap. I. Quid est matrimonium.

m Atrimōium a doctoribꝫ diffinit̄ sic Matrimoniū ē viri z mł̄ieris cōiunctio īdiuiduā uite consuetudinē ꝯtinēs. Nō dicit viri z mulierum uel uiroꝝ et mulieris quia nec unus uir pł̄es vxores ñec una

mulier plures uiros habere potest. Dicit indiuiduam uire. et hoc est ꝙ neuter absqꝫ consensu alterius potest continentiam pro fiteri uel oratõi vacare et ꝙ inter eos duꝫ viuunt uinculum permanet coniugale.

¶ Aliter diffinitur sic. Matrimonium est uiri et femĩe consortium communis uite diuini z humani iuris coniunctio. Dicitur autem matrimonium de mater. matris. et munio. is. Vnde matrisƒmunium. i. officiuꝫ quod dat mulieribus esse matres uel ideo magis denomĩatur a matre q̃ a patre. quia eius officiũ magis apparet in matre q̃ of/ficium viri.

Cap. II. Quomodo contra batur matrimonium.

s Olo consensu contrahitur matrimo/nium. qui si solus desit cetera etiam cum ipso coitu frustrarentur. exquo enim vir per uerba de presenti consentit mrĩo/niali copule de facto. et mulier in uirum sine uerbis consuetis dicit. accipio te ĩ me am. et illa respondit accipio te in meum. vel sic uolo te de cetero habere in uxoreꝫ

et illa respondet uolo te habere in uirum· ul' quibuscunque uerbis uel signis exprima tur statim est matrimonium· et notanter dico signis quia surdus uel mutus potest contrahere matrimonium· veruntamen si loqui possunt contrahentes uerba sunt ne- cessaria quantum ad ecclesiam consuetum nutum continentia uel exprimentia·

Cap·III·quo et ubi et quibus uerbis fuit mrim istitutū·

i N paradiso terrestri fuit matrimo nium institutum et etiam ante pec- catum· Quibus autem uerbis fuerit insti tutum dicunt aliqui quod istis scilicet cresci- te et multiplicamini et replete terram·sed non credo quod istud sit uerum· fuerunt enim verba potius benedictionis nubentium· vnde dico quod uerbis ade prophetico ore prolatis fuit institutū quando dixit·hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea propter hoc dimittet homo patrem et matrem et adherebit uxori sue et erunt duo in carne vna unde uide hoc supra de sacramentis in generali·c·i·zc

Cap. IIII. Que sint cause institutionis.

q Ve sint principales cause matrimonii. licet sint multe secundarie. principalis tamen et prima causa est susceptio sobolis et propter hac causam instituit deus matrimonium in paradiso ante peccatum et inter primos parentes quibus dixit. Crescite et multiplicamini. Secunda est uitatio fornicationis. et ista causa habet locum post peccatum. vnde de ista dicit apostolus propter fornicationem vnusquisque vxorem suam habeat. et una queque uirum suum. Cause secundarie sunt multe scilicet pacis reformatio uxoris pulchritudo. et diuitie et similia. ita tamen quod intentio principalis illorum qui contrahunt non referatur ad ista sed ad duo prima.

Cap. V. Qui possunt contrahere matrimonium.

o Mnis homo qui potest consentire in coniugalem effectum et carnalem copulam exercere nisi expresse probibeatur potest contrahere matrimonium. dicit qui consentire potest quia licet puer in etate legitima constitutus hoc est in. xiiii.

anno et puella in xii· dicat uerba apta ad
matrimonium· similiter ille qui insanus est
uel furiosus si dicat illa uerba nō cōtrahit
quia consentire non potest· et hoc est ue-
rum q̄diu est in fauore constitutus· quoni
am si aliquando habeat lucida interualla ⁊
aliquando redit ad sanam mentem nubere
potest et testari· et omnia que alii possunt
potest et ipse· ut· c· de codicillis· c· nec co-
dicillos ·vii·q·i·quamuis iste dicitur car-
nalem copulam exercere· Ideo ꝙ ille qui
caret utroqꝫ testiculo uel est frigidꝰ natu
raliter contrahere nō potest· Dixi etiam·
nisi expresse prohibeatur quia edictū fac-
tum de matrimonio cōtrahendo est prohi
bitorium id est omnis qui prohibetur ad-
mitti contrahere non potest· Prohibētur
enim aliqui propter uotuꝫ uel propter or
dinem· et sic de aliis impedimentis de qui-
bus dicetur infra· Et nota ꝙ matrimoniuꝫ
contrahi potest inter absētes per ꝓcurato
rē sicut fuit factū inter doīm regem ara-
gonum et dominam reginam que nunc ē·

Cap ·VI· quot modis dicitur matrimoni·
m Atrimonium dicitur multis modis
Nam matrimonium aliud legitimuꝫ

aliud clamdestinum. Legitimum est quã
do hiis qui super femineã potestatem ha-
bent uxor petitur et a parentibus sponsa-
tur et legibus dotatur. et a sacerdotibus
ut moris ẽ benedicitur. z paranimphis cu
stoditur et solenniter accipitur non tamen
intelligas ꝙ sine solennitatibus istis nõ pos
sit esse matrimonium. uerũ sed sicut ĩ aliis
sacramentis. quia quedam sunt de necessi
tate sacramenti quedam de solennitate tan
tũ. Ita ꝙ in matrimonio quedã sunt perti
nentia ad substantiam matrimonii sicut cõ
sensus per uerba de presenti. expressus. et
iste sol9 facit matrimonium. quedam sunt
ibi pertinentia ad solennitatem et decorẽ
sicut solennitates predicte sine quibus est
uerum et legitimum matrimonium quan
tum ad uirtutem licet non quantum ad ho
nestatem. ¶ Clamdestinum matrimoniuȝ
est quando fit sine solennitatib9 predictis
et qui z que sic cõtrahunt exponit se mag
no periculo. posset enim alter alterum di-
mittere quando uellet. et de facto cum ali
o vel alia contrahere. et sic ĩ adulterio ma
nere. vnde talib9 con ulẽdũ est in foro pe
nitẽtie ut de nouo ĩ facie eccłie contrahãt

Item matrimonium aliud iniciatum aliud consumatum. Iniciatum p uerba de p̄senti perfectum siue consumatum per carnalem copulam. ¶ Nota tamen ꝙ matrimonium pōt duobus modis esse perfectū. Vno modo sanctitate. Alio modo significatione. Matrimonium potest esse perfectum sactitate ante carnalem copulam. Vnde Augustinus scribens ad quandam que simul cum viro suo uotum emiserat castitatis dicit sic. inter cetera non quia pariter temp alibus a conmixtione carnali. ideo marit9 esse desiderat. immo tanto sanctius coniuges manebitis quanto sanctiora concorditer placita seruabitis. sed matrimoniū non est significatione perfectum ante carnalem copnlam. Coniunctio enim corporum uiri et uxoris significat coniunctionem diuine et bumane nature in personam filii dei. uide hoc supra de sacramentis in generali cap. i. et sic soluitur illa questio. vtrū inter beatam mariam uirginem et ioseph fuerit perfectum matrimonium. quia fuit perfectum sanctitate et non significatione. Quidam dicunt matrimonium iniciatum per sponsalia de futuro ratū p con-

consensum de presenti·consumatū per car/
nalem copulam· Item matrimonium aliud
legitimum et non ratum·aliud ratum z nō
legitimum· Legitimum et non ratum est
inter fideles·et dicitur legitimum quia le
gali institutione uel prouintie morib9 nō
contra passionem domini contrahitur· sed
nō est ratum coniugium quia fit sine fide·
igitur non est ratum coniugum quod sine
deo est· Ratum sed non legitimū quia in/
ter legitimas et fideles personas fit sed si/
ne legitima solennitate contrahitur· Ratū
et legitimum matrimonium est inter legi
timas psonas cū debita solēnitate cōtractū

Cap· VII· Quot sunt
bona matrimonii·

b Ona matrimonii principaliter sunt
tria·scilicet fides proles et sacramē/
tum· Fides quia nullum adulterium ut su/
pra dixi·Sacramentum quia nullum diuor
iū· ples quia cōiugē vitare nō dēt · xxvi·
q·ii·c·oñe·itaqꝫ ꝺ cō·ap·c·ult· si peccaui9
In primū bonū ē ut fiat diuortiū uł sepa°
ppter adulteriū vxoris pdit ipaꝫ dotē nisi

si fuerit reconciliata uiro. sed propter ad-
ulterium uiri perdit ipse donationē prop-
ter nuptias nisi reconcilietur vxori. de do
na. inter virum et uxorem. c. plerumq;. Si
propter aliquod impedimentum puta con
sanguinitatis uel affinitatis. si ignoranter
contraxerant recuperat mulieri dotem et
cetera bona sua et uir donationem prop-
ter nuptias. si scienter perdit alter quic-
quid alteri dederit applicat fisco nisi prop
ter bonum pacis aliter statuatur scilicet
q uterq; recuperet quod dedit et sit neces
se. Et scias q iudici cōmittitur causa matri
monii que committenda est solum habenti
bus potestatem et scientiam. de cōsangui.
z affinita. c. i. etiam causa dotis. e. ti. c. iii.
et si multus fauor debebatur mulieribus
in dotibus et donationibus propter nupti
as non tamen tant9 q propter hoc alii gra
uentur. vnde cui data est rei possessio usq;
ad tempus z subconditione reuocatoria eā
vxori cōcedēdo ꝓpter donatōez cū pacto
de ipsa lucrāda nil pl9 iuris trāffert ipam
quā ipe. hēbat nisi is ad quē res ptinz cōsē-
tiz. e. ti. nup z ꝓprie uxor dat dotē uiro.
vir aūt donatōem mulieri ꝓpter nuptias.

ut ibi i fine · z scias q̄ si uir vergit ad iopiā
male utendo re sua debet q̃m pōt cautionē
đ dote p̄stare · sec9 si sit paup · si nō dissipat
e · ti · p nr̃as · ¶ Sciendum est autem q̄ do
natio facta iter uirū z mľerē constāte mr̄i
monio · exquo alter locupletior · alter pau/
perior factus ē · nō tenet tñ cōfirmať mor
te donatoris · sed si reuocetur prius m oriē
te donatore euanescit · si aľs reuoceť tacite
uľ expresse soluto mr̄ionio dos ad mľierez
reuertiť donatio autē redit ad uirū nisi ali
ud de cōsuetudine uľ đ pacto q̊d cum equa
le sit iudicať · e · ti · c · ult · ¶ De tertio autē
bono · s · plis scias · q̄ tm̃ ē fauorabile ipsuz
mr̄im q̄ legitimat filiū p̄cedentem · qui fi ·
sint le · c · i · et hoc uerū ē si cōceptōis ipsius
tp̄e uterq3 est solut9 · ita q̄ tūc poterat esse
mr̄im · e · ti · c · tanta · aľs sec9 ē · e · ti · c · i · z ta
les filii ꝓprie legitimi esse nati dicūť · sed
illegitimi q̊s papa legitimat q̊d pōt quo ad
tpalia p̄sertim ubi utranq3 obtinet potesta
tē · e · ti · p uenerabilē · Et scias q̄ l3 aliq̃ pu
tareť cōcubina si ꝓbeť uxor ꝓles inde nata
legitia ē · e · ti · p tuas z si agať đ hereditate
z obiciať đ illegitiatōe tractabiť hoc coraz
iudice ecclesia° · e · ti · lator · z · c · cām · ii · ꝑ si
pētes negāt aliquē filiū crediť eoꝝ uerbo

nisi pbet contrarium · e · ti · c · transmissam ·

Cap · vi · De impedimētis matrimonii ·

1 Mpedimēta mrimonii sūt duodeciz q impediūt mrimoniuz cōtrahēdū et dirimūt iā cōtractuz · si tn ipa ul aliqd ipo rum pcedat mrim · qm · consensuz cōiugalē excludunt · Si uero sequāt mrim nullum p/ stant impedimētū sicut patet p ista exēpla quis furiosus efficit nō ppter hoc soluitur mrim · Item qui habet utramq testiculum siccum nonpōt cōtrahere mrim · et ita itel/ ligēdū ē de aliis impedimētis · ¶ Que aūt sūt impedimēta mrionii i hus qtuor vsib9 sequētibus cōtinētur · Error cōditio uotuz cogna° crimen · Cultus disparitas uis ordo ligamen honestas · Si sis affinis si fortecoi re nequibis · Hec faciēda uetant connubia facta retractant · ¶ De singulis igit p ordi nem uideamus · Et primo sciēdū ē q error saltē persone ex sui natura nō ex constitu/ tione ecclie hēt mrim dirimere · ¶ Errar enim ē unum p alio putare · et error ē con trarius consensui · ¶ Cum ergo solo consē/ su matrimoīm contrahatur ut dictum ē su/ pra · ¶ Sciendū tn est q quadruplex ē er/ ror · persone cōditionis fortūe z qualitatis ¶ Persone iste error hēt dirimere mrium

ut si credo cōtrahere cum catherina cōtra
bam cum maria · ¶ Conditōis et iste etiam
dirimit · sed fit deterioris ut si liber cōtra
hat cū serua quā credit liberam nisi forte
postq̄ sciuit uerbo uel facto consenserit et
matrimonio obhanc causaȝ seperato licitū
est utriqꝫ cōtrahere ut de cōiug · ser · c · ii · 2
ult · ¶ Liberum autem dico qui ex libera
matre natus est · ī de na · ex li · uen · c · unico
et defendi debent libertates per ecclesiam
ut ibi de consuetudie tamen potest induci
ꝙ filius sequeretur patrē de con · seruo · c ·
iii · ¶ fortune etq̄litatis et isti nō dirimūt
ut si credam contrahere cū uirgine uel cū
diuite et contraham cum paupere uel cor/
rupta · ¶ Nota hoc uerbū conditio sed ma
gis placet hos omnes errores concludi sub
hoc uerbo error · Istud autem uerbuȝ con
ditio exponitur ut statim dicam · si licita cō
ditio apposita fuerit in matrimoniali con/
tractu nisi seruetur non est matrimonium
nisi ab ea fuerit recessum uel periuriū fue
rit subsecutum consensu de presenti uel p/
carnalem copulam ut de conditione appo ·
c · de illis z · c · sup eo · et · c · per tuas · Impos
sibilis uel illicita conditio addita cōtra na/
turam matrimonii nō uiciat contractū qa

non habetur pro adiecta ·e·ti·c·i·et·c·fi·
si uotum est solenne dirimit matrimonium
simplex aut contrahendum impedit sed nō
dirimit post contractū ·infra·qui·cle·uel
uo·c·iii· ¶ Dicit̄ autē solenne uotum effi-
cax quo ad matrimonium dirimendum uel
per susceptionem sacri ordinis uel per pro
fessionem tacitam uel expressam factā ali
cui de religionibus per sedem apostolicaꝫ
approbatis ī· d̄ uoto·c·unico·li·vi· ¶ Cog-
natio triplex est spiritualis carnalis et le-
galis· Primo igit̄ de spirituali tanq̄ de dig
mori uideamus· Est autem cognatio spiri-
tualis attinentia proueniens ex sacramēti
datione uel ad id detētione· Et est sciendū
ꝙ si compater contrahat cum cōmatre diri
mit matrimoniū· et hoc est uerum cum cō
paternitas precesserit matrimonium· si au
tem est secuta siue sciēter siue ignoranter
matrimonium non seperatur imponitur ta
mē penitētia id dolose facienti· Et scias ꝙ
si alter coniugum matrimonio consumato
tenet puerum de sacro fonte ambo sunt cō
patres parentibus infantis· Si autem fili-
us alterius leuatur tantum de sacro fonte
nō per hoc alter cuiꝰ n n erat filiꝰ efficit̄
compater leuātis· Idē si post cōp̄rnitatem

cõtractuʒ mrimoĩm consumaui· qa vxor p̄
dicta non efficit mihi uł tibi cõmr̄ qa per
vnionẽ carnis sequẽteʒ non trãsit ĩ vnionẽ
spũs p̄cedẽtẽ z qđ dixi đ cõpr̄nitate ꝙ diri
mi:· ĩtellige đ illa q̄ contrahit p baptismũ
uł p cõfirmationẽ ĩ fõte· Compr̄nitas aũt
contracta p cathecuminũ impedit sed non
dirimit· p alia aũt sacmenta non contrahit
compr̄nitas impediẽs uł dirimẽs z sicut cõ
patres contrahere non possunt sic nec filii
duoruʒ compatrũ si p eorũ utrũqꝫ uł alte-
rum eoꝝ deuẽtuʒ fuerit ad compr̄nitatẽ·
z sciẽtes contrahi denuntiare dẽnt ecclie·
Si aũt p neutrũ eoꝝ đuẽtum ẽ ad cõpr̄ni-
tatẽ non dirimit nisi consuetudo esset ĩ con
trarium· Et scias ꝙ licet vn9 solus dẽat le-
uare ĩ baptismo uł confirmatõe si tñ plꝫes
leuãt contrahit cognatio q̄ ad oẽs· Cog° le
gał que ẽ ꝓximitas ꝓueniẽs p adoptionẽ
tres hẽt ꝓhibitiones· vnã tp̄alem z duas p
petuas qa fr̄ carnał non contrahit cũ soro-
re adoptiua durãte adoptione· Finita ue-
ro tali adoptione p emãcipationẽ tũc bene
cõtrahit· Alia ẽ ppetua ĩter adoptãtẽ z ad
optatũ etiã soluta adoptõe· Tercia ẽ ppe-
tua ĩter adoptãtẽ z uxorẽ adoptati z adop
tatũ z uxorẽ adoptãtis· Cog° carnał ĩ q̄rto

gradu cōsanguinitatis uł affinitatis uel citeriori dirimit matrimoniū ī quito aūt uł vlteriori bene cōtrahit· sufficit aūt ut un9 cōtrahētium excedat quartū gradu3 licet alter sit i quarto uł citeriori ⁊ hoc de iure si tñ dispēsaretur ut pōe đ āglicis ꝙ posset cōtrahere i quarto gradu requiret ꝙ vterꝙ star3 a stipite i quarto gradu maxīe ubi cōsuetudo hoc apꝓbat· et ꝙ dixi dispensari itelligas p papam qa inferior nō posset· et si obtineret dispēsatio in matri° inique cōtracte expressa cā falsa nō valet nisi per eū de3 tolleret· si tñ ifideles sūt secūdu3 legem suam cōiugeret in gradu ꝓhibito per ecclesiam post baptismū nō seperant· Crimen incestus impedit matrimōiu3 sed non dirimit· Item machinatio ī mortē cōiugis non secuto effectu· et idem in aliis criminibus· ¶ Preter ista·xii· que impediūt et dirimunt matrimonium sunt alia duo que impediunt matrimoniu3 cōtrahendum sed nō dirimunt iam contractū·s· tēpus feriarum et interdictum ecclesie· vnde uersus·

Ecclesie uetitum nec non tēpus feriarum·
Impediunt fieri permittunt facta teneri·

Finit summa Io·An·de Spō· ⁊ matrimo·

